Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26488
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quod speratur. hoc autem distat inter fidem et spem. quia
fides de preteritis est. ut natiuitas. passio xpi. et presen
tibus ut in altari uum corpus xpi. et futuris ut i ma
ialitas zc. spes au de futuris tantum. sed fides de bonis
et de malis. spes de bonis tantum adipiscendis. Spes
quippe alicui incomodi magis, debet de speratio a bono qua
spes appellari. Illud quoq; sciendum est quod fides e de
his que non uidentur solummodo. Gregorius in omelia
quadam. apparentia non habent fidem. sed aquicionem
l de in dialogo. Cum paulus dicat. fides est substantia spe
randarum rerum. et argumentum non apparentium. hoc
uerecter dicitur credi. quod non ualet uideri. nam
credi iam non potest quod uideri potest. thomas a
liud uidit aliud credidit. hominem uidit. et dm con
fessus est dicens. deus meus et dns meus. Augustinus
Credimus ut cognoscamus. non cognoscimus ut cre
damus. quid e enim fides nisi credere quod non uides.
Fides ergo e quod non uides credere. uerum quod credi
disti uidere. Videntur tamen quedam auctoritates uel
le. quod fides erga de his que uidentur sit ut in iohan
ne. nunc autem dico uobis priusquam fiat. ut cum factum
fuerit credatis. Vnde augustinus. Quid sibi uult ut
cum factum fuerit credatis. Ita et ille cum dictum est quia
uidisti et credidisti. non hoc credidit quod uidit. cer
nebat carnem. credebat dm in carne latentem. Si; si dicimus
credi que uidentur sic dicit unus quisq; se occulis suis